

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Coleta Virgo Gandaui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## COLETA VIRGO

Gandaui.

6. Mart.

**C**Orbeiæ in Picardia nata Ordinem S. Claræ , pri-  
 mum in Monasterio urbis Bisontinæ apud Burgun-  
 dos, post in aliorum quoque locorum variis Cænobii  
 ad veterem disciplinam reuocauit ; vfa potissimum con-  
 filio P. Francisci Balmæ confessarij sui viri morū quæ vi-  
 tæq; integritate laudatissimi : cuius ossa in Bisontino Cæ-  
 nobio quiescunt. Obiit autem Coleta Gandaui in Bethle-  
 hem sui instituti Cænobia anno 1447. vbi hodieque sa-  
 crum eius corpus integrum magnâ veneratione à Monia-  
 libus adseruatur. Vitam eius fuse scripsit Stephanus Iu-  
 liacus Theologus Parisiensis à Surio editam. Colitur au-  
 tem Gandaui à suis officiis Ecclesiastico, iuxta indultum  
 Clementis Octavi Papæ, quod ad alia eiusdem instituti  
 Cænobia Belgica Paulus V. anno 1610. extendit. Eius  
 rei diplomata Miræus in Fastis posuit. Cæterum refor-  
 tæ huius Congregationis Monasteria sunt ista Bisonti-  
 num ac Polymacense in Burgundia , Gandense & Bru-  
 gense in Flandria , Atrebatense & Hesdunense in Arte-  
 lia , Cameracense in Prouincia eiusdem nominis , Am-  
 bianense & Peronense in Picardia , Rotomagense in Nor-  
 mannia , Muisipontanum in Lotharingia , Nannetense in  
 Britannia minore , Chamberiense in Sabaudia , Dienese ,  
 Dauronense & Surrense in Delphinatu, item Anessiacen-  
 se in Sabaudia. De quibus vide Orig. Monast. Miræ.  
 lib. 3. cap. 11.

C 3 COPIE

CORNE

